UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

12. Qua ratione vulnerna Christi fuerint Deificata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO XII.

Qua ratione Vulnera Chriſti fuerint Deificata.

Aſſumpſit Chriſtus & vniuit Perſonæ Diuinæ S. Thom.
non ſolùm naturam humanam, verùm etiam eius Caiet 3. p.
mala vſque peccato Vt totum Mundum in ſe Deificaret, q. 46. a. 3.
non ſolùm quantum ad bona, ſed etiam quantùm ad mala. Aſſumpſit ergò naturam humanam, & vulnera, & paſſionem, quàm hæc in ſua Perſona Deificauit.

Hæc eſt cauſa, cur mala, quæ ex natura ſua *ſunt fugienda, odioſa & triſtitia, fiant amabilia & deſiderabilia* Caiet. vbi
ſuper aurum & lapidem pretioſum, cùm non habentur: ſup.
ſuaue ſuper mel & fauum, cùm habentur: quia cùm aſ- *Dei Perſonam, Deificata ſunt.* Ante aduentum Chriſti fugiebantur ignominiæ & pœnæ, vt execrabile; aſt poſt Incarnationem Verbi, quia aſſumptæ ſunt & Deificatæ in perſona Diuina, factæ ſunt amabiles & deſiderabiles; atque ob id eas adamârunt viri ſancti, quare inter tormenta dicebant: *Has epulas expectauimus:* & conſtituti in igne, & ſuper prunas ardentes clamabant: *videmur vobis ſuper roſeos flores incedere.* O ſancta & benedicta Domini mei vulnera, ex quo comparuiſtis in Humanitate Chriſti Deificatæ, reddidiſtis omnem paſſionem dulcem, in vobis ſuo modo Deificatam.

Sed *animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt,* ratio & ſenſus non capiunt tam ſublimem doctrinam, nec Diuina percipiunt myſteria: vnum intuentur dolorem corticem, non fructum: ſolas inſpiciunt pœnas, non paſſum Regem & Dominum: attendunt ad falſum ſenſum Mundi, non ad verum iudicium Dei. Hinc S. Franciſcus deuotiſſimus & reuerentisſimus Apoſtolos, quos, non vt homines, ſed vt Chriſtos, & ſtigmata Chriſti, quæ portabant, reſpiciebat, & leproſorum oſculabatur vulnera ceu deificata in vulneribus Chriſti, & vt ipſius Chriſti vulnera.